

hered. fallit tamen quando id facit causa funeris. d. l. 20. ibique Gloss.
 & Bart. l. 14. §. 8. ff. d. relig. Surd. Decis. 255. n. 13. XVI. Sepul- 32
 crum usucapi nequit, quia est res religiosa, adeoque extra
 commercium posita l. 83. §. sacram ff. d. V. O. §. 1. 7. d. Usucap.
 Cuiac. ad l. usucapionem ff. d. Usucap. & Usurpat. quod & LL. XII.
 Tabb. sancitum erat ibi: ne ve forum (vestibulum) sepulcri bustum-
 ve usucapito. Hinc Cicero lib. 2. d. LL. loci bustive aeterna auto-
 ritas esto. i. e. uti explicat Dn. Strauch. ad so. Decis. Dissert. 1.
 cap. 1. n. 13. vestibulum sepulcri bustumve nullò unquam tem-
 pore usucapiuntur, itaque perpetuò autoritas & dominium
 durat. conf. tamen supra dicta c. 3 n. 76. Et in summâ: strictam 33
 rationem in ambiguis religionum quæstionibus nonnun-
 quàm omitti solere, summamque esse rationem, quæ pro re-
 ligione facit, tradit Papinianus in l. 43. ff. d. Relig. Pauca hæc in 34
 favorem sepulturæ sepulcrorumque introducta hîc inserere
 placuit. Plura qui desiderat, adeat Rip. in tr. d. peste tit. d. re-
 med. præservat. n. 131 & seqq. Duenn. in reg. fallent. reg. 397. per
 tot. Molin. d. primog. Hispanor. lib. 1. cap. 10. n. 33.

CAP. IIX.

De Violatoribus sepulcrorum.

CONSPECTUS.

Ex rigorosâ sepulcrorum violatoribus constituta pœnâ magnus sepulcrorum favor
 elucet. 1. Violatio sepulcrorum describitur. 2. Monumenta quibus modis vio-
 lentur. 3. Corpori defuncto quibus modis injuria inferatur. 4. Actio sepulcri
 violati & contra illos datur, qui suspensos denudant aut tollunt. 5. Nec non
 qui tempore pestis semimortuos & laborantes aut deserunt, aut necant. 6.
 item qui lapides sepulcrales movent aut evellunt. 7. Saxi aut virgis lapi-
 dem sepulcralem cædens injuriarum tenetur. 8. Casus notabilis refertur de
 statua quâdam injuriæ sibi illatæ ipsâ ultrice. 9. Quid obtineat in hostiû & Ju-
 dæorum sepulcris. 10. Crimen sepulcri violati vindicatur vel Civiliter vel Cri-
 minaliter. 11. Si criminaliter agitur, varia dictari solet pœna. 12. Cadavera ar-
 matâ manu spoliantibus capitalis pœna infligitur. 13. aliis modis sepulcrum
 violentibus quænam pœna injungatur. 14. De Jure Sax. sepulcra violans ro-